**I**udicabit orbem ter-  
re in iusticia et populos  
in equitate.  **Gloria.**  
**R.** Gaude maria uirgo cuncta  
hereses sola interemisti in  
vniuerso mundo. **V.** Adiu-  
uabit eam deus uultu suo.  
Deus in medio eius non con-  
mouebitur.  **Pater noster.**

47  
Et ne nos. Sed libera. Iube  
domine benedicere. Ab hoste  
maligno eripiat nos mater  
sua uirgo. Amen.  **Lectio. vii.**

**B**eata maria  
quis tibi digne  
ualeat uera gratiarum  
et laudum preconiis im-  
pendere que singulari  
tuo assensu mundo suc-  
curisti perditis quos ti-  
bi laudes fragilitas hu-  
mani generis persoluet  
que solo tuo commercio re-  
cuperandi additum in





uenit accipe itaque quas  
cumque euiles et quascumque  
mentis tuis impares et  
ceterarum actiones et cum  
susceperis uota culpas  
nostras orando excusa.  
Tu autem somnitate mise  
reare nostrum. Deo gratias.  
**R.** Aue maria gracia plena  
dominus tecum. Spiritus sa  
ctus superueniet in te et uirtus  
altissimi obumbrabit tibi  
quod ex te nascetur sanctum  
uocabitur filius dei. **vers.**  
Quomodo fiet istud quomodo

48  
uirum non cognosco et respo  
sens angelus dixit ei Spiritus  
sanctus superueniet in te  
et uirtus altissimi obum  
brabit tibi. In te somnitate  
nedicere. In omni tribulatione  
et angustia succurrat no  
bis uirgo maria. Amen.  
**Admittit scd. viij.**  
**A**gnissima dei te  
mentis preces nostras in  
tra sacrarium exaudiat  
omnis tue et reporta nobis  
antidotum reconciliati  
onis sit excusabile quod





per te uermus fiat mixe  
trabile quod fida mente  
posamus accipe quod of  
ferimus redona quod ro  
gamus excusa quod ti  
memus. Tu autem do  
minte miserere nostri. deo  
gratias. **R.** Stupet esse  
uirtutem produxit uirtus qz flo  
rem. Et super hunc florem  
requiescat spiritus alius.  
**V.** Virgo dei genitrix uir  
ga est flos filius. Et super  
hunc florem requiescat spūs  
alius. In te domine benedi

dicere. Ad gaudia paradisi p  
ducet nos mater dñi nostri ihu  
xpi. Amen. **LECTIO nona.**

**A**ncta maria  
succurre mise  
ris uua pusillanimes  
refoue flebiles ora pro po  
pulo interueni pro clero  
intercede pro deuoto femi  
neo sexu sentiant omnes  
tuum seuamen quicūqz  
celebrant tuam commē  
morationem. Assiste pa  
rāta uotus postencium  
et repende nobis omnibz





optatum effectum sit tibi  
studium assidue orare p  
populo dei que meruisti  
pretium ferre mundi.  
Tu autem domine mise  
rere nostra. Deo gratias.  
**V.** Gaude maria virgo tunc  
tas hereses sola nitentasti  
que gabrielis archangeli  
dictis reddidisti. Dum virgo  
deum et hominem genuisti  
et post partum virgo muo  
lata permansisti. **V.** Ga  
brielem archangelum sem  
divinitatis te esse affatum

50  
uterum tuum de spu sancto  
credimus impregnatum e  
rubescat videns qui dicit  
popm ex ioseph semine natu  
Dum virgo deum et homi  
nem genuisti et post partu  
virgo muolata permansi  
sti. Gloria patri et filio et  
spiritui sancto. Dum virgo  
deum et hominem genuisti  
et post partum virgo mu  
olata permansisti. **VE.**  
**G** deum lauda  
mus te domi  
num confitemur.





**G**loria eternum patrem  
omnis terra veneratur.  
**T**ibi omnes angeli  
tibi celi et uniuerse pote  
states. **T**ibi cherubim  
et seraphim incessabili uo  
ce proclamant. **S**an  
ctus. **S**anctus. **S**  
**S**anctus. dominus  
seus sabaoth. **G**loria  
in sunt celi et terra ma  
iestatis glorie tue. **G**loria  
et glorio sus apostolorum  
chorus. **G**loria propheta  
rum laudabilis nume

51  
ris. **G**loria martirum  
candidatus laudat exer  
citus. **G**loria per orbem  
terrarum sancta confite  
tur ecclesia. **P**atrem  
immense maiestatis. **G**loria  
nerandum tuum uerum  
et unicum filium. **S**  
**S**anctum quoque pa  
tratum spiritum. **G**loria  
rex et glorie xpi. **G**loria pa  
tris sempiternus et fili  
us. **G**loria ad liberandu  
suscepturus hominem no  
horruisti uirginis uterum.



**T**u de iuncto mortis acu  
leo aperuisti credentibus  
regna celorum. **T**u  
ad dexteram dei sedes in glo  
riam patris. **R**udes ex  
teris esse venturus. **C**u  
erto quesumus famulis  
tuis subueni quos precio  
so sanguine tuo redemi  
sti. **E**tterna fac cum  
sanctis tuis in gloria  
munerari. **S**aluum  
fac populum tuum dñe  
et benedic hereditati tue.  
**E**t regere eos et extolle

52  
illos usque in eternum.  
**P**er singulos dies be  
nedicimus te. **E**t lau  
damus nomen tuum in  
seculum et in seculum se  
culi. **D**ignare domi  
ne die isto sine peccato  
nos custodire. **M**isere  
re nostra domine misere  
re nostra. **F**iat mise  
ricordia tua domine su  
per nos. quam admodum  
sperauimus in te. **I**n  
te domine sperauit non  
confundat in eternum.



**V.** Speciosa facta es et su  
avis. **R.** In deliciis tuis  
sancta dei genitrix.

**Ad laudes.**



**E**us in adiu  
torum meu  
intende  
mme ad adiuvandum







me festina **G**loria pa  
 tri. **S**icut erat. *antv.*  
*Benedicta tu. psalmus.*  
**D**ominus regna  
 vit decorem in  
 ditus est indutus est  
 dominus fortitudinem  
 et precepit se. **E**t e  
 nim firmavit orbem ter  
 re qui non commovebitur.  
**D**arata sedes tua de  
 ex tunc a seculo tu es.  
**E**levauerunt flu  
 minia domine elevave  
 runt flumina vocem

suam. **E**levauerunt  
 flumina fluctus suos  
 a vocibus aquarum mul  
 tarum. **M**irabiles e  
 lationes maris mirabi  
 lis in altis dominus.  
**T**estimonia tua cre  
 dibilia facta sunt in mu  
 dum tuam decet san  
 ctitudo domine in soni  
 tudinem dierum. **G**lo  
 ria patri. *psalmus.*  
**J**ubilate deo om  
 nis terra servite  
 domino in leticia. **I**n





trouit in conspectu eius in  
exultatione. **S**citote  
quoniam dominus ipse  
est deus ipse fecit nos et  
non ipse nos. **P**opulus  
eius et omnes pasce eius  
introte portas eius in co  
fessione atria eius in hym  
nis confitemini illi. **L**  
**L**audate nomen eius  
quoniam suavis est do  
minus in eternum mise  
ricordia eius et usque in  
generatione et generaci  
onem veritas eius.

55  
**G**loria patri. psalmus.  
**D**eus deus meus  
ad te de luce uig  
ilo. **P**ertulit in te anima  
mea quam multipliciter  
tibi caro mea. **I**n ter  
ra deserta in uia et in a  
quosa sic in sancto appa  
rui tibi ut uiderem virtu  
tem tuam et gloriam tu  
am. **Q**uoniam melior  
est misericordia tua su  
per uitas sabia mea lau  
dabunt te. **S**ic bene  
dicam te in uita mea et



in nomine tuo levabo ma-  
nus meas. **S**icut ad-  
ipe et pinguetudine replea-  
tur anima mea et labi-  
is exultationis lauda-  
bit os meum. **S**ic me-  
mor fui tui super stratum  
meum in matutinis me-  
ditabor in te quia fuisti  
adiutor meus. **S**it in  
velamento altarum tu-  
arum exultabo adhesit  
anima mea post te me  
suscepit dextera tua.  
**R**psi vero in vanum

56  
quesierunt animam me-  
am introibunt in infer-  
ora terre tradentur in ma-  
nus gladii partes vul-  
pium erunt. **R**ex ue-  
ro letabitur in deo lauda-  
buntur omnes qui iu-  
rant in eo quia obstruc-  
tum est os loquentium  
iniqua. **Gloria. Ps.**

**D**eus miserere  
nostri et benedi-  
cat nobis illuminet  
vultum suum super nos  
et miseretur nostri.



**U**t cognoscamus in ter  
ra vitam tuam in omnibus  
gentibus salutare tuum.  
**C**onfiteantur tibi po  
puli deus confiteantur ti  
bi populi omnes. **Re**  
tentur et exultent gentes  
quoniam iudicas popu  
los in equitate et gentes  
in terra dirigis. **C**on  
fiteantur tibi deus confi  
teantur tibi populi omnes  
terra dedit fructum suum.  
**B**enedicat nos deus  
deus noster benedicat nos

57  
deus et metuant eum omnes  
fines terre. **G**loria. **Ps.**  
**B**enedicite om  
nia opera domi  
ni domino: laudate et  
super exultate eum in se  
cula. **B**enedicite an  
teli domini domino: be  
nedicite celi domino.  
**B**enedicite aque om  
nes que super celos sunt  
domino: benedicite omnes  
virtutes domini domino.  
**B**enedicite sol et luna  
domino: benedicite stelle





celi domino. **B**enedi-  
te ymber et ros domino: be-  
nedicite omnis spiritus  
dei domino. **B**enedi-  
te ignis et estus domino:  
benedicite frigus et estas  
domino. **B**enedicite  
rores et pruina domino:  
benedicite aelu et frigus  
domino. **B**enedicite  
glacies et niues domino:  
benedicite noctes et dies  
domino. **B**enedicite  
lux et tenebre domino:  
benedicite fulgura ⁊ ni-

58  
fes domino. **B**enedi-  
cat terra dominum: lau-  
det et superexaltet eum  
in secula. **B**enedi-  
te montes et colles dño:  
benedicite vniuersa ger-  
minantia in terra do-  
mino. **B**enedicite  
fontes domino: benedi-  
cite maria et flumina  
domino. **B**enedicite  
cete et omnia que mo-  
uentur in aquis domi-  
no: benedicite omnes  
volucres celi domino.



**B**enedicite omnes be-  
stie et peccora domino: be-  
nedicite filii hominum  
domino. **B**enedicat  
Israel dominum: laudet  
et superexaltet eum in  
secula. **B**enedicite  
sacerdotes domini domi-  
no: benedicite serui domi-  
ni domino. **B**enedicite  
spiritus et anime iusto-  
rum domino: benedici-  
te sancti et humiles cor-  
de domino. **B**enedi-  
cite anania azaria mi-

54  
sael domino: laudate et  
superexaltate eum in secu-  
la. **B**enedicamus pa-  
trem et filium cum san-  
cto spiritu: laudemus  
et superexaltemus eum  
in secula. **B**enedicite  
es domine in firmame-  
to celi: laudabilis et glo-  
riosus et superexaltat  
eum in secula. **G**loria. **B**  
**L**audate dominum  
de celis: laudate  
eum in excelsis. **L**au-  
date eum omnes ange-





li eius: laudate eum om-  
nes virtutes eius. **L**au-  
date eum sol et luna: lau-  
date eum stelle et luna.

**L**audate eum celi ce-  
lorum et aque que super  
celos sunt laudent no-  
men domini.

**Q**uia  
ip̄e dixit et facta sunt:  
ip̄e mandavit et creata  
sunt.

**S**tatuut ea in  
eternum et in seculum  
seculi preceptum posuit  
et non preteribit. **Ps.**

**L**audate domnu

60  
de terra dracones et om-  
nes abissi. **F**lumen  
arando in y glacies spi-  
ritus processarum que  
faciunt verbum eius.

**M**ontes et omnes  
colles ligna fructifera  
et omnes cedri.

**B**estie  
et vniuersa peccora ser-  
pentes et volucres pen-  
nate.

**R**eges terre  
et omnes populi prin-  
ces et omnes iudices ter-  
re.

**J**uuenes et vir-  
gines senes cum iuni





oribus laudant nomen  
domini quia exaltatum  
est nomen eius solius.

**C**onfessio eius super  
celum et terram et exalta  
uit cornu populi sui.

**A**ppropinquant omnes  
sanctis eius filijs israel  
populo appropinquant  
sibi. *psalmus.*

**A**ntate domino  
canticum novum  
laus eius in ecclesia san  
ctorum. **T**etetur isra  
el in eo qui fecit eum et

filie syon exultent in rege  
suo. **L**audent nomen  
eius in choro in tympano  
et psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplacitum  
est domino in populo suo  
et exaltauit mansuetos  
in salutem.

**E**xultabunt sancti in gloria se  
tabuntur in cubilibus  
suis.

**E**xultationes  
dei in gutture eorum et  
gladij accipites in ma  
nibus eorum. **F**ac  
iendam vindictam in





nationibus in cunctis  
in populis. **D**eus alli-  
gandos reges eorum in  
compedibus et nobiles  
eorum in mancis ferre-  
is. **E**t faciant in eis  
iudicium conscriptum  
et gloria hec est omnibus  
sanctis eius. *psalmus.*  
**L**audate dom-  
inum in san-  
ctis eius laudate eum  
in firmamento virtutis  
eius. **L**audate eum  
in virtutibus eius. Lau-

62  
date eum secundum mul-  
titudinem magnitudi-  
nis eius. **L**audate  
eum in sono tube. Lau-  
date eum in psalterio  
et cythara. **L**auda-  
te eum in tympano et  
choro. Laudate eum in  
cordis et organo. **L**au-  
date eum in cymbalis he-  
resonantibus. Laudate  
eum in cymbalis iubilati-  
onis omnis spiritus  
laudet dominum. **G**  
**G**loria patri. *antiph.*





Benedicta tu in mulieribus et  
benedictus fructus ventris tui.

**E** laudant *cap.*

**A**ngeli atque ar-  
changeti sancta dei gem-  
trix que virum non cog-  
nouisti et dominum de-  
um nostrum in tuo san-  
cto utero habuisti. Deo  
gracias. *ymnus.*

**V**irgo dei genitrix  
quem totus non  
capit orbis in tua seclau-  
sit viscera factus homo.

**V**era fides geniti pur-

gavit crimina mundi et  
tibi uirginitas inuola-  
ta manet. **H**ec matre  
metatis opem te clamit  
tat orbis subuenias fa-  
mulis o benedicta tuus.

**G**loria magna pa-  
tri comper tibi gloria  
nate cum sancto spui-  
tu gloria magna patri.

Amen. *V.* Elegit eam deus  
et precelegit eam. *R.* Et ha-

bitare eam facit in taberna-  
culo suo. *A.* Hec est.

**B**enedictus domi-





nus deus israel quia visi-  
tauit et fecit redemptione  
plebis sue. **E**t erexit  
cornu salutis nobis in  
domo dauid pueri sui.

**S**icut locutus est p-  
os sanctorum qui a secu-  
lo sunt prophetarum  
eius. **S**alutem ex u-  
mias nostris et de ma-  
nu omnium qui oderunt  
nos. **E**t faciendam  
misericordiam cum pa-  
tribus nostris et memo-  
riam testamenti sui scilicet

64  
**I**n iuramentum quod  
iurauit ad abraham pa-  
trem nostrum daturum  
se nobis. **E**t sine ti-  
more de manu inimicorum  
nostrorum liberati ser-  
uiamus illi. **E**n san-  
ctitate et iusticia coram  
ipso omnibus diebus no-  
stris. **E**t tu puer pro-  
pheta altissimi uocaberis  
preabis enim ante fa-  
ciem domini parare ui-  
as eius. **E**t danda  
scientiam salutis plebi



cuis in remissionem pec-  
catorum eorum. **Oratio.**  
Viscera misericordie dei no-  
stri in quibus uisitauit  
nos oriens ex alto. **Psalmus.**  
Illuminare his qui in tene-  
bris et in umbra mortis  
sedent ad dirigendos pe-  
des nostros in viam pa-  
cis. **Gloria patri. A.**  
Hec est regina virginum que  
genuit regem regum velud  
rosa decora virgo dei gemma  
per quem reperimus deum  
et hominem gaudeamus

65  
a lina virgo virginum intere  
re pro nobis ad dominum

Amen. **V.** Domine exaudi  
orationem meam. **R.** Et cla-  
mor meus ad te veniat. **oro.**

**D**eus qui corda  
fidelium sancti  
spiritus illustratione do-  
cisti da nobis in eodem spi-  
ritu recta sapere et de eius  
semper consolatione gau-  
dere. **Oratio.**

**D**eus qui de beate  
marie virginis  
utero verbum tuum an-







celo nunciante carnem  
 suscipere voluisti presta  
 supplicibus tuis ut qui de  
 re eam dei genitricem ac  
 dominus eius apud te in  
 tercessionibus adiuuem.

**C**elestiam oratio  
 tuam quesum  
 domine benedictus illu  
 stra ut beati iohannis  
 apostoli tui et euange  
 liste illuminata doctri  
 nis ad dona perueniat  
 sempiterna. Per xpm.  
**Ad primam.**



**Q**uis in adiu  
 torum me  
 um intende.  
 domine ad adiuua







Dum me festina **G**loria  
na patri. **S**icut erat.  
**M**eni **ymnus.**  
**C**reator spiritus  
mentes tuorum visita im  
ple superna gratia que tu  
creasti pectora. **R**eme  
to salutis auctor q' nostri  
quondam corporis evulsi ba  
ta unitime nascendo for  
mam sumpseris. **M**aria  
na mater gratie mater  
misericordie tu nos ab ho  
ste protege et hora mortis  
suscipe. **G**loria tibi do

67  
mine qui natus es de virgi  
ne cum patre et sancto spi  
ritu in sempiterna secu  
la. Amen. **A.** Benedicite.  
**S**atus vir **ps.**  
qui non abiit  
in consilio impiorum et  
in via peccatorum non ste  
tit et in cathedra pestillen  
cie non sedit. **S**ed in se  
cte domini voluntas eius  
et in lege eius meditabit  
die ac nocte. **E**st enim tan  
quam lignum quod plan  
tatum est secus decursus





aquarum quod fructum  
suum dabit in tempore  
suo. **E**t folium eius  
non defluet et omnia quae  
cumque faciet semper prospere  
erabuntur. **N**on sic  
impii non sic sed tanquam  
pulsus quem prociat ue-  
tus a facie terre. **I**n deo  
non resurgunt impii in  
iudicio neque peccatores in  
consilio iustorum. **Q**  
**U**iam nouit do-  
minus viam iustorum  
et iter impiorum peribit.

68  
**G**loria patri. **U**  
**U**are fremuerunt  
gentes et popu-  
li meditati sunt inania  
**S**isterunt reges terre  
et populi principes conue-  
nerunt in unum aduer-  
sus dominum et aduer-  
sus christum eius. **D**isru-  
imus vincula eorum  
et proiecimus a nobis  
iugum ipsorum. **Q**ui  
habitat in caelis iridebit  
eos et dominus subsana-  
bit eos. **N**unc loque-





tur ad eos in ira sua et in  
furore suo conturbabit eos.

**E**rgo autem constitutus  
sum rex ab eo super syon  
montem sanctum eius  
predicans preceptum eius.

**D**ominus dixit ad me  
filius meus es tu ego ho-

die genui te. **P**ostula  
a me et dabo tibi gentes heredi-  
tatem tuam et possessionem  
tuam terminos terre.

**R**eges eos in virga fer-  
rea et tanquam vas figu-  
li confringes eos. **E**st

69  
nunc reges intelligite eum  
dominum qui iudicatis ter-

ram. **S**ervate domino  
in timore et exultate ei cum  
tremore.

**A**pprehendi-  
te disciplinam nequando  
irascatur dominus et peccetis  
quia iusta.

**E**si  
exaruerit in breui ira eius  
beati omnes qui confidunt  
in eo. **G**loria patri. **Ps.**

**V**erba mea auri-  
bus percipere do-  
mine intelligite clamorem  
meum. **A**tende voci





orationis mee rex meus  
et deus meus. **Q**uoniam  
ad te orabo Domine  
mane exaudies uocem  
meam. **M**ane astabo  
tibi et uidebo quoniam  
non deus uolens iniqui  
tatem tu es. **R**ex ha  
bitabit iuxta te malig  
nus neque permanebunt  
iniqui ante oculos tuos.  
**Q**uoniam omnes qui  
operantur iniquitatem  
perdes omnes qui loqui  
tur mendacium. **R**ex

70  
rum sanguinem et doleo  
sum abhominabitur do  
minus. ego autem in mis  
ericordie misericordie tue.  
**E**ntroibo in domum  
tuam adorabo ad templum  
sanctum tuum in timo  
re tuo. **D**omine deduc  
me in iusticia tua prop  
ter inimicos meos dirige  
in conspectu tuo uiam  
meam. **Q**uoniam non  
est in ore eorum ueritas  
cor eorum uanum est.  
**S**episcrum patens



est autem eorum similes  
suis dolose accedunt iudi-  
ca illos deus. **Q**uod  
a cogitationibus suis se-  
cundum multitudinem  
impietatum eorum ex-  
pelle eos quoniam iura-  
uerunt te domine. **E**t  
letentur omnes qui spe-  
rant in te in eternum ex-  
ultabunt et habitabis  
in eis. **E**t gloria bun-  
tur in te omnes qui dili-  
gunt nomen tuum quo-  
niam tu benedices iusto.

71  
**D**omine ut scuto bone  
voluntatis tue coronasti  
nos. **G**loria patri. **A.**  
Benedicta tu in mulieribus  
et benedictus fructus ventris  
tui. **Capitulum.**  
**E**lix nāq; et sa-  
cra virgo maria  
et omni laude ditissi-  
ma quia ex te ortus est sol  
iusticie xpus deus noster.  
Deo gratias. **R.** Diffusa  
est gracia in labijs tuis. Dif-  
fusa est gracia in labijs tuis.  
Propterea benedixit te deus







in eternum. Diffusa est gra-  
tia in labiis tuis. Gloria pa-  
tri et filio et spiritui sancto.  
Diffusa est gratia in labiis  
tuis. **V.** Specie tua et pul-  
critudine tua. Intende prospere  
procede et regna. **Versus.**  
Domine exaudi orationem  
meam. **R.** Et clamor me-  
us ad te veniat. **Oratio.**

**D.** Deus qui aposto-  
lis tuis sanctum  
dedit spiritum concede  
plebi tue pie petitionis  
effectum ut quibus de-


disti fidem largiaris et mi-  
serem. **Oratio.**


**D.** Annulorum tu-  
orum quesum  
domine delicias iugosece  
ut qui tibi placere de ac-  
tibus nostris non valse-  
mus gemitibus filii tui  
domini nostri ihu xpi  
intercessione saluem.


**D.** Ecclesiam oratio.  
tuam quesum  
domine benignus illust-  
re beati iohannis apo-  
stoli tui et euangeliste





illuminata docemur ad  
dona perveniat sempi  
terna. Per xpm dominum  
nostrum. Amen. 

*Ad terram.* 

oravit dominum nostrum  
Iesum xpratum. 



*De sancto laurencio. añ.*





**L**aurencius bonū  
opus operatus  
est qui per signū  
crucis cecos illuminauit

**D**ispersit dedit pauperibus.  
Iusticia eius manet in  
seculum seculi. **Oratio.**

**D**eus quesumus om-  
nipotens deus  
viciozum nostrorum fla-  
mas extingueret qui bea-  
to laurencio tribuisti tor-  
mentozum suozum mce-  
dia superare. **per xpm.**

*De sancto xpo foro. anty.*





**A**ncte v̄p̄ofore mar-  
 tu dei p̄ciosoſe rogo  
 te per nomen v̄p̄i  
 ſaluatoris tui et per illam eſe



75  
 mentiam quam tibi fecit qu-  
 nomen tuum ſolus impoſuit  
 te deprecor in nomine patris  
 et filij et ſpiritus ſancti ame-  
 et per gratiam quam accepi-  
 ſti ut ad eum et ſanctam dei  
 ueritatem michi famulo tuo  
 n̄. ſis in adiutorio peccatori  
 quatinus tuo pio interuētū  
 facias me vincere omnes qui  
 cogitant michi mala .et p̄  
 illud leue onus quod eſt v̄p̄e  
 quod tranſmarinum flumē  
 in tuis humeris mirabiliter  
 portare meruiſti aſſeuare



Dignare presentes angustias  
paupertates malas peruersas  
machinationes fraudulen-  
tas conspiraciones menda-  
cia falsa testimonia occul-  
ta siue aperta consilia et a-  
lia que contra honorem meū  
coitando vel conspirando p-  
ficere desiderant vita comite  
et saluo honore traudere vale-  
am in secula seculorum. Amē.

**O**ra pro nobis beate **Xi.**  
martir vposore. **Rs.**

**U**t digni efficiamur pro-  
missionibus xpi. **oracio.**

**D**eus qui beatum  
vposorum martir  
tum uirtute constancie  
in passione roborasti qui  
q̄ vnicentum tuū dnm  
nostrum ih̄m xpm i suis  
humeris mirabiliter se-  
dere uoluisti concede propi-  
cius ut qui eius memo-  
rationem agimus ipius  
meritis ad regna celestia  
peruenire feliciter merita-  
mur. Per xpm.

*De sancto sebastiano. a.*







**C**um uirtus reful-  
sit gratia sebasti-  
anus martir in-  
clitus qui misit portans



in summa sed & fratrum pal-  
ma sollicitus confortavit cor-  
da pallancia verbo sibi colla-  
to celsus. **vers.**

**O**ra pro nobis beate mar-  
tir sebastiane. **Respons.**

**E**t miramur pestem e-  
pidimic ille transire et pro-  
missionem xpi obtinere. **oro**

**D**eus qui beatum  
sebastianum glo-  
riosum martirem tuum  
in tua fide et dilectione ta-  
ardenter solidasti ut tuis  
carnalibus blandimen-





tis nullisq; tyrannorum  
inimic nullisq; carnificu  
gladiis siue sagittis aut  
tormentis a tua cultura  
potuit reuocari Da nobis  
misericordiam peccatoribus et  
indignis eius meritis  
et intercessionib; in tri  
bulacione auxilium  
in persecucione solacium  
et in omni tempore tribu  
lacionis et angustie co  
tra pestem epidemic re  
medium quatinus pos  
simus contra omnes

78  
Draabolicas insidias viri  
liter dnmicare mundum  
et ea que in eo sunt omni  
no despicere et nulla ei  
aduersa formidare super  
biam quoq; et uanam  
gloriam cum omnibus  
uicis superare et que a  
te sunt uissa recta inten  
tione perficere. per xps.

**De sancto eutropio. ant.**






 xpi martir inclite  
 eutropi nunc re  
 spice vota peregrin  
 orum hic tibi supplican

79  
 tum impetra nobis celitus  
 carisma sancti spiritus sa  
 nitatem corporalem et post e  
 ternam gloriam. *vers.*  
**Oratio.** *Oratio.*  
**Oratio.** *Oratio.*  
**Oratio.** *Oratio.*  
 Misericordissime de  
 us pater qui ob me  
 moriam preciosissime pas  
 sionis filii tui domini no  
 stri ihu xpi gloriosum  
 pontificem tuum eutro  
 pium per manus crude



sumi p[er]tatorum ad acco-  
 nem et martur[um] palma  
 xruemre fecisti concede  
 nobis supplicib[us] tuis et  
 presta eius suffragan-  
 tib[us] meritis et interces-  
 sionib[us] sanctatem ani-  
 marum et corporum in  
 presenti seculo et gloria  
 in futuro. Per Dnm.

De sancto martino. ant.



martine o pie q[ui]  
 unum est grande  
 re de te o martine  
 prophetis compar apostolis






confertus presulum gemma  
fide et mentis egregie pietate  
nostra ineffabili caritate suc  
currere nobis hic et ante deum.

**C**ora pro nobis beate *verss.*  
martine. *Respons.*

**E**t digni efficiamur pro  
missionibus xpi. *oratio.*

**D**eus qui conspicias  
sua ex nulla no  
stra uirtute subsistimus  
concede propicius ut in  
tercessione beati marti  
ni confessoris tui atq;  
pontificis contra om

nia aduersa munitur.  
Per xpm dominum no  
strum **Amen.**



*De sancto anthonio. a*





**Q**uod de celo ad antho-  
nium facta est  
quoniam dicitur  
ecce ego tecum sum et faciam



te in toto orbe nominari. **V.**

**O**ra pro nobis beate antho-  
ni. **Respons.**

**E**t digni efficiamur pro-  
missionibus xpi. **oratio.**

**D**eus qui nos con-  
dis obtentu beati  
anthoni confessoris tui  
morbidum ignem extin-  
guit et membris eius re-  
frigera prestari fac nos  
propitius ipsius meritis  
et precibus a geheme  
incendys liberatos inte-  
gros mente et corpore





tibi feliciter in gloria pre-  
sentari. Per christum do-  
minum nostrum

**A**men



De sancto mauro. ant.



**M**elitte confessor dñi  
maure supplican-  
tes famulos tuos  
sanctus attolle precibus ut







te interueniente xpi gratiam  
et corporum sanitatem conse  
quamur. **Xcxi.**

**Q**uia pro nobis beate ma  
ri **Xcxi.**

**Q**uia digni efficiamur pro  
missionibus xpi. **oratio.**

**D**eus qui eterne  
glorie participem  
beatum maurum abbatem  
fieri uoluisti concede nobis  
propitius xpo intercedente  
aditum regni celestis cui  
ad bene uiuendum infor  
mamur exemplis. **Xcxi.**



**S**anicus dei nicola  
us pontificati  
decoratus in su  
la omnibus se amabilem





evibunt. *vers.*

**S**pera pro nobis beate inco-  
lae. *Responsorium.*

**Q**uod digni efficiamur pro-  
missionibus vpi. *oratio.*

**D**eus qui in colau  
pontificem tuum  
in numeris decorasti mira-  
culis tribue nobis que  
sumus ut eius meritis  
et precibus a gehenne in-  
cendens liberemur. *per.*

*De sancto fiacro. anty.*



**E**cce vpi confesso-  
rii ecclesie  
tuum fulget per  
secula petimus ergo ut tuis







facris precibz facris precibus  
merentur adiuari a dno.

**O**ra pro nobis *vers.*  
beate fiata. *Ant.*

**E**t diu efficiamur pro  
missionibz xpi. *Oratio.*

**M**isericordiam tuam  
domine interueniente be  
ato fiaco confessore tuo  
clementer impende nobis  
peccatoribz ipsius propi  
acare suffragans. *Per.*

*De sancto mathurmo. an.*



**C**onfessor magni  
fice mathurme  
sup hominum.  
cuius cure max fice dat deus





et uita ualeamus feliciter  
peruenire. Quod prestare  
digneris qui uisus et re-  
gnas deus. Per omnia  
secula seculorum. Amen.

**S**  
De sancto guillermo.

87  
maturum confesso-  
rem et gloriosum humano gene-  
ri in presenti acie dimican-  
ti contra insultus atque  
fraudes spirituum malitio-  
rum defenso-rem uigilans  
salutis ductorem prebui-  
sti fac nos quesumus et  
meritis suffragantibus  
a uiciis omnibus expurga-  
tos ipsum in uita morum  
salubriter imitari omni-  
umque demonum versu-  
cias taliter deumicere ut  
tandem ad te qui uia es



natus in pitama floret pro  
miracula nobilioz in tria.

**Oratio pro nobis beate** *Vers.*  
**Guillelme. Respons.**

**Et digni efficiamur pro**  
missionibus xpi. *oratio.*

**D**eus qui beatum  
guillelmutum in  
ter confessores tuos conu  
meraisti et multis mira  
culis decoratum uirtute  
constencie contra fluctus  
seculi corroborasti tribue  
nobis quesumus famu  
lis tuis cuius apud te in



**E**tetur mater ec  
clesia beati gu  
illelmi recolens so  
lemnia qui nobilis prosapia





Widened by the  
H. J. ... 1750  
...  
...





